ἀμφότεραι γὰρ ὑποδήματος χρήσεις. καὶ γὰρ ὁ ἀλλαττόμενος τῷ δεομένῳ ὑποδήματος, ἀντὶ νομίσματος ἢ τροφῆς χρῆται τῷ ὑποδήματι, ᾗ ὑπόδημα, ἀλλ' οὐ τὴν οἰκείαν χρῆσιν. οὐ γὰρ ἀλλαγῆς ἕνεκεν γέγονε. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ τῶν ἄλλων κτημάτων. ἔστι γὰρ ἡ μεταβλητικὴ πάντων ἀρξαμένη, τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, τῷ τὰ μὲν πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους. ᾗ καὶ δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι φύσει τῆς χρηματιστικῆς ἡ καπηλική· ὅσον γὰρ ἱκανὸν αὐτοῖς, ἀναγκαῖον ἦν ποιεῖσθαι τὴν ἀλλαγήν. ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ κοινωνίᾳ, τοῦτο δ' ἐστὶν οἰκία, φανερὸν ὅτι οὐδέν ἐστιν ἔργον αὐτῆς, ἀλλ' ἤδη πλείονος τῆς κοινωνίας οὔσης. οἱ μὲν γὰρ τῶν αὐτῶν ἐκοινώνουν πάντων· οἱ δὲ κεχωρισμένοι, πολλῶν πάλιν καὶ ἑτέρων· ὧν κατὰ τὰς δεήσεις ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι τὰς μεταδόσεις, καθάπερ ἔτι πολλὰ ποιεῖ καὶ τῶν βαρβαρικῶν ἐθνῶν κατὰ τὴν ἀλλαγήν. αὐτὰ γὰρ τὰ χρήσιμα πρὸς αὑτὰ καταλλάττονται, ἐπὶ πλέον δ' οὐθέν. οἷον οἶνον πρὸς σῖτον διδόντες, καὶ λαμβάνοντες, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕκαστον. ἡ μὲν οὖν τοιαύτη μεταβλητικὴ, οὔτε παρὰ φύσιν, οὔτε χρηματιστικῆς ἐστὶν εἶδος οὐδέν· εἰς ἀναπλήρωσιν γὰρ τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας ἦν. ἐκ μέντοι ταύτης ἐγένετο ἐκείνη κατὰ λόγον. ξενικωτέρας γὰρ γινομένης τῆς βοηθείας τῷ εἰσάγεσθαι ὧν ἐνδεεῖς, καὶ ἐκπέμπειν ὧν ἐπλεόναζον, ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ νομίσματος ἐπορίσθη χρῆσις. οὐ γὰρ εὐβάστακτον ἕκαστον τῶν κατὰ φύσιν ἀναγκαίων· διὸ πρὸς τὰς ἀλλαγὰς τοιοῦτόν τι συνέθεντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διδόναι καὶ λαμβάνειν, ὃ τῶν χρησίμων αὐτὸ ὂν, εἶχε τὴν χρείαν εὐμεταχείριστον πρὸς τὸ ζῆν· οἷον ὁ σίδηρος καὶ ἄργυρος, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ὁρισθὲν μεγέθει καὶ σταθμῷ. τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιβαλλόντων, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτούς· ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐτέθη τοῦ ποσοῦ σημεῖον. πορισθέντος οὖν ἤδη νομίσματος ἐκ τῆς ἀναγκαίας ἀλλαγῆς, θάτερον εἶδος τῆς χρηματιστικῆς ἐγένετο, τὸ καπηλικόν· τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ἴσως γινόμενον· εἶτα δι' ἐμπειρίας ἤδη τεχνικώτερον, πόθεν καὶ πῶς μεταβαλλόμενον, πλεῖστον ποιήσει κέρδος. διὸ δοκεῖ ἡ χρηματιστικὴ μάλιστα περὶ τὸ νόμισμα εἶναι, καὶ ἔργον αὐτῆς τὸ δύνασθαι θεωρῆσαι πόθεν ἔσται πλῆθος χρημάτων· ποιητικὴ γὰρ εἶναι τοῦ πλούτου καὶ χρη-

A vterque enim vſus calcei eſt. nam qui calceum indigenti vendit pro pecunia vel cibo, vtitur calceo qua calceus eſt, ſed nō ſecundum proprium vſum : non enim commutationis gratia factus eſt calceus. Eodem modo ſe habet in aliis rebus, quas poſſidemus. Eſt enim permutatio in omnibus, cœpta quidem ab initio ex eo quod eſt ſecundum naturam, quòd alij plura B quàm opus ſit, alij pauciora habeant homines. Ex quo manifeſtū eſt, pecuniariam nō eſſe ſecundū naturā eius, quæ pertinet ad acquirēdum, quoad enim ipſis ſufficeret, neceſſarium erat permutationem feciſſe. In prima igitur ſocietate, id eſt in domo, manifeſtum eſt nihil opus eſſe illius, ſed iam in maiori exiſtente ſocietate. Alij.n. illorum communiter habebant omnia. alij ſeparatim multa rurſus & alia, quorum C ſecundum indigentiam neceſſe erat permutationem facere. quemadmodum adhuc faciunt Barbarorum nationes multæ, alia pro aliis dantes, recipientéſque. vtilia enim pro vtilibus tradunt, vltra verò nihil: ceu vinum pro tritico, & certis talibus. Huiuſmodi ergo permutatio neque præter naturam eſt, neque ad amplificationem patrimonij pertinet, cùm ſit in ſup- D plementum indigentiæ ſecundum naturam. Ex hac tamen illa proceſſit ſecundum rationem. Nam cùm à remotioribus quæreretur auxilium, importando illa quibus indigebant, & exportando illa quibus abundabant, neceſſariò numi introductus eſt vſus. non enim faciliter deferri poſſunt ſingula ad vitam neceſſaria. Quare ad permutationes faciendas tale aliquid cōpoſuerunt inter ſe dare & accipere, quod vtilium quippiam exiſtens, haberet vſum E commutandi facilem ad vitam : ceu ferrum, & argentum, & ſi quid aliud tale, primo ſimpliciter definitum quantitate & pondere, poſtmodum verò etiam ſigno impreſſum, quo à menſura liberi eſſent. nam ſignum poſitum eſt ad quantitatem demonſtrandam. Reperto igitur numo, ex neceſſaria permutatione, alia ſpecies acquirendi emerſit numularia: primo forſan ſimpliciter, poſtea per experientiam F artificioſior. vnde quodammodo permutando, plurimum faciat lucrum. Quapropter videtur numularia maximè circa quæſtum pecuniarum verſari, & illius eſſe opus poſſe diſcernere, vnde proueniat multitudo pecuniarum. numorum enim & diuitiarum effectiua eſt.